



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica**

Ab anno Christi 1442. usque ad annum 1460

**Fleury, Claude**

**August. Vind. [u.a.], 1768**

**VD18 90118324**

§. 129. Aliorum Principum, & Legatorum adventus ad Conventum  
Mantuanum

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-66507](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-66507)

Sæcul. XV in aula Cæsarea, præterea petebant, ut  
A.C. 1459. Legatus a Latere a Pontifice mitteretur,  
 qui conventa ad exitum perducenda curaret. His annuens Pontifex, Bessarionem  
 Cardinalem Legatum decrevit, supremum  
 autem exercitus Christiani Ducem Fri-  
 dericum Imperatorem constituit, data  
 eidem potestate, ut alium, si id muneris  
 per se obire non posset, Principem sub-  
 rogare posset. Cum vero Mensis Decem-  
 ber jamjam decurreret, ulteriori consul-  
 tationi subsequens annus destinabatur.  
 Interea vero summus Pontifex die trige-  
 sima prima Decembris Mantuæ dato di-  
 plomate Basileensem instituit Academi-  
 am, omni tempore Doctoribus erudi-  
 tione præstantibus conspicuam, quos in-  
 ter haud infimi erant Erasmus, Amer-  
 bachius, Buxtorfius, Bauhinus, plures-  
 que alii.

## §. CXXIX.

*Aliorum Principum & Legatorum  
 adventus ad Conventum Man-  
 tuanum.*

Singulis fere diebus alii Legati Mantu-  
 am confluebant. Advenit quoque  
 Sigismundus Austriæ Dux, cui duo Car-  
 dinales obviam processerunt. Albertum  
 vero Brandenburgensem Marchionem, co-  
 gnomento *Germaniæ Achilem*, salutavit Car-

*Comment.  
 Pii II lib. 3.  
 Cromer.  
 lib. 24.*

Cardinalis S. Crucis, & Pontifex veni- Sæcul. XV  
entem maximo, quo potuit, honore ex- A. C. 1459.  
cepit, eique gladium & pileum de more  
inter solemnia Epiphaniæ benedictum  
dono dedit. Gobelinus, cujus solertiæ  
omnium horum notitiam in acceptis re-  
ferimus, nec de adventu Oratorum Ca-  
simiri Poloniæ Regis, nec de magnifico  
eorundem ingressu in Mantuanam Civi-  
tatem mentionem facit: ex aliis tamen  
Scriptoribus discimus, hosce Legatos  
persoluto submissionis, ac obedientiæ de-  
bito a summo Pontifice impetrasse, ut  
Poruffi, qui ob defectionem a Cruciferis  
Equitibus anathemate devincti fuerant,  
absolverentur. Nihilominus obtinere  
haud poterant, ceteris omnibus etiam  
Oratoribus impense rem urgentibus, ut  
præfati equites, haud ita pridem Corin-  
tho a Mahomete II. occupata, ad Insu-  
lam Tenedos in Archipelago transfe-  
rentur.

§. CXXX.

*Carolina Lusitaniæ Regis vidua  
hæres Regni Cypri.*

Carolina Joannis Lusitaniæ Regis con-  
jux, cujus maritus ipsa consentiente, *Æn. Sylv.*  
& Helena propria ejusdem matre insti- *in Asia c. 97.*  
gante veneno extinctus obiit, Procerum *Comment.*  
suasu Ludovicum Sabaudum connubio *Pii II. lib. 7*

R r 5

sibi